



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De eadem Absolutione Jure Delegationis. Caput IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

4. Quando Superior Regularis irrationaliter petitam licentiam pro suo subdito de-
neget, qua ratione Confessorius pro illa vi-
ce adhuc possit pœnitentem absolvere, di-
a Sup. c. 7. Etum est suprà; & Quod certè non invenio in
§. 1. & nu. Superioribus non Regularibus.
40.

5. Illud autem hic est maximè inculcan-
dum Superioribus, quibusunque, ne, quan-
do ab ipsis postulatur dicta licentia, inter-
rogationes illas superaddant, quibus petant
à Confessario, an peccatum pœnitentis sit
talis rationis, an in talibus circumstantiis,
an commissum à Laico, an à Sacerdote, an
cum complice, vel sine illo, &c. hæc e-
nīm, ob periculum prodendi pœnitentem,
neque ipse exposcere, nec licet explicare
Confessorius potest. Lege Quinta-

b Quinta-

nad. de

pœn. sing.

12. n. 9 &

nu. 7.

c Lib. 3.

Method.

Confess. 5

§. 4. nu.

pref. 17.

Bord.
-39.n.
Bonif.
pan. d
mif. in
uar. u.
n.d.32
7.1. n.
Coriol.
caſt.
ſervi.
e. 9. d
ad n.
Pelliz.
6. c.
1.35.

Pelliz.
m.1.30.

Mend.
m.2.4.
4. à m.
2.9.
Apul.
uram.
p. R.
rue p.
2.6.6.

Coriol.
48. p. 6.6
in ſelectis quæſtionibus. De hærciſi vide li-

nos veniunt ea, quæ ſpeciali indigent con-
ceſſione, qualis eſt potefas pro reſeruatis. At
ſi dicat *Do omnes caſus, ſeu concedo, ut ab omni-
bus caſibus poſſis abſolvere*, inclinat confeſſi
potefatem in reſeruata idem Coriolanus; id
enim videtur ſignificare illud (omnes) ſi qui-
deni, qui totum dat, nihil excludit: Non ita
in formula präcedente, in qua nullo modō
facta eſt mentio, nec caſuum, nec omnium ca-
ſuum.

5. Si Pontifex Summus dicat: *Concedo ti-
bi, ut poſſis abſolvere ab omnibus caſibus mihi
reſeruari*, potes abſolvere, etiam ab illis,
quos Pontifex perpetuū delegavit Epifcopis.
Si enim jam ſunt, & remanent Pontifici, ut
ſuprā cap. 6. §. 1. dictum eſt. Si idem Ponti-
fex, propter magnam authoritatem, quam ſu-
p̄ia Epifcopos habet, dicat, *Do tibi potefas-
tem abſolvendi caſus Epifcopo reſeruatos*, pro-
babile eſt, te non poſſe abſolvere caſus prä-
dictos, quia iī, ut jam dictum eſt, non ſunt
reſeruati Epifcopo, ſed Pontifici, & ſolum
ſunt Epifcopo delegati. Verū probabile et-
jam eſt, te poſſe abſolvere, quia propter de-
legationem factam perpetuam Epifcopali
dignitati, jam poſſunt dici aliquo tandem
modo caſus Epifcopales, & caſus Epifcopo
reſeruati, ut item dicam a inferiori, poſſe pro-
babiliter ex vi Bullæ Cruciatæ. Quod si Pon-
tifex dicat, *Concedo tibi potefatem abſolvendi
ab omnibus caſibus, quos poſteſt abſolvere Epif-
copus*, tunc profecto; multò probabilius, poteris
abſolvere prädictos caſus Epifcopis perpe-
tuū confeſſioſ eos enim jam poſteſt, licet per
delegationem; & quidem perpeſuatum, Epif-
copus abſolvere.

6. Idem dic, ſi ipſe Epifcopo dicat. *Do
tibi, ut poſſis abſolvere A caſibus, & Cenſuris &
quibus ego poſſum abſolvere, vel, à caſibus, &
Cenſuris Epifcopalibus, vel, ab omnibus meis ca-
ſibus, & Cenſuris*: potes enim abſolvere à
prædictis, quia jam ab hiſ poſteſt abſolvere
Epifcopus, & propter jurisdictionem ordi-
nariam, quam in illa habuit à Tridentino,
ut diximus, aliquo tandem modo, ſunt E-
pifcopales, & Epifcopo reſeruati. Idem erit,
ſi dicat, à Caſibus, & Cenſuris mihi reſer-
uari, jam enim ob dictam delegationem,

b Bauci in ſicut illi poſſunt dici aliquo modo Epif-
copales, ita Epifcopo reſeruati, & ſic docet,
queſt. q. loquens de abortu ſortu animati Bauci b
48. p. 6.6 in ſelectis quæſtionibus. De hærciſi vide li-

mitationem Tridentini ſeff. 24. cap. 6. de Re-
form.

7. At ſi dicat idem Epifcopus, *Do tibi omnes
caſus, quos mihi reſeruati*; certe non poteris à
prædictis, quia illos non ſibi reſeruavit Epif-
copus, ſed Pontifex, licet deinde eos Epifco-
pis confeſſerit.

8. Si quicunque delegans dicat, *Concedo ti-
bi, ut poſſis omnes caſus reſeruatos etiam futuros
abſolvere*, poteris abſolvere à futuris, quos re-
ſeruabit ille idem, qui tibi hoc confeſſit, non
verò, quæ ſuccelſor ejus reſeruabit, quia pa-
ri parem potefatem non habet, unde non
poſteſt ligare manus ſuccelſori, ut is non poſ-
ſe reſeruare, quæ velit, Ita Pellizat. c

c Pelliz. k
9. Si tibi quis concedit absolute omnes caſus reſeruatos, & deinde per aliam formulam *Bordonio*. ſtrictiōem, concedat limitatè, potes omnes
absolute, ut habet ibidem Pellizarius, d'quia d'Pelliz.
ſtrictior confeſſio non eſt revocatio Prioris ibi n. 132.
conceſſionis, ergo adhuc remanet. Excipe, niſi
ſtrictior contineat aliqua forte verba priorem
implicitè revocantia.

10. Si Nuntium mittas ad Praelatum, ut
det tibi facultatem ad reſeruata, is autem ei-
dem Nuntio dicat, le concedere: tu valide ab-
ſolveres, etiam ſi tibi confeſſio non fuerit ma-
nifestata. Ratio dicitur ex doctrina Sanch. e e Sanch.
docentis, prodeſſe privilegiato privilegium l.3. mair.
illi conceſſum, ſi obtentum eſt, non moſu diſp. 36.
proprio confeſſentis ſed ad petitionem ſeu ad
instantiam Nuntii, vel Procuratoris, miſi à
dicto privilegiato, & ipſi Nuntio maniſta-
tum, licet nondum maniſtatum ipſi privi-
legiato: ita ergo in caſu noſtro ſed de hoc ali-
quando latius dicemus mox à n. 18.

11. Si dicat Epifcopus, vel Praelatus Regu-
laris, *Concedo tibi facultatem abſolvendi à caſ-
bus reſeruatis*, non intelligitur ab excommu-
nicationibus: nec, ſi concedat potefatem ab-
ſolvendi ab excommunicationibus, intelli-
gitur data potefas in caſus reſeruatos. Ratio
eſt, quia haec ſunt diverſae potefates, & una
ab altera non dependeri: nam potefas excom-
municationes abſolvendi, etiam in foro in-
teriorum tantum potefat confeſſi cuicunque Cle-
rico in Minoribus: cum potefas abſolvendi
à caſibus ſolum Sacerdotibus confeſſi poſſit.
At verò, ſi Summus poſteſt confeſſat caſus f Sup. c. 7.
ſuoi alicui, intelligi etiam excommunicatione- g. I. nu. 5.
nes ſatis diximus f ſupra, & iterum dicetus g Infrac.
inſtra. g 10. nu. 6.

12. Denique h̄c supereft magis, ac magis declarandum, quomodo interpretandæ finit ejusmodi concessiones absolvendi à reservatis. Id quod, ut planius habeas, sequentem titulum præmittamus.

Concessio absolvendi, largè, an strictè interpretanda?

13. Præmittenda h̄c est resolutio illius celebris quæstionis, an potestas absolvendi à reservatis sit largè, an strictè interpretanda? Et a Sanc.lib. quidem omnes & convenient ordinariam potestatē absolvendi à reservatis, quam habent Superiores, de quibus in cap. præcedente apud Bar. diximus, esse interpretandam largè, quia omnis de Bull. nisi potestas dispensandi in legibus, qualis est Cruc. p.1. etiam potestas absolvendi à reservatis, cum respiciat Communiam, cui utile est habere, ad quem recurrent subdit, largè est interpretationis; licet ipsa actualis dispensatio, quia vulnerat jus commune. (*Dispensatio enim est concessio, ut non servetur aliqua lex*) debet strictè interpretari.

14. Quæstio igitur est solùm de potestate delegata, utrum scilicet potestas, quam Episcopus mihi dat, ut absolvam pœnitentes à reservatis, largè sit interpretanda, an vero strictè.

Distinguunt communiter Doctores asserentes, potestatem prædictam delegaram Confessario, non expressis personis absolvendis, esse largè interpretandam, quia tunc adest prorsus similis ratio boni Communiam, ut modò dictum est de potestate ordinaria. Cap. b Castrop. stropal. b alios citans. At quando delegata est, expressis personis absolvendis, duplex est diff. 4. pu. sententia; Sanch. e cum aliis distinguit, si facultas dicta absolvendi conceditur Confessori. f. 3. fatio in gratiam ipsius Confessarii, cui Superior vult favere, latè esse interpretandam, si 8. marr. conceditur in gratiam ipsius pœnitentis abdi. 2. n. 6. solvendi, esse interpretandam strictè.

d Castrop. 15. Castropalaus d. vero, absolvit in utro locii. n. 5. que casu, potestatem delegaram absolvendi à reservatis, quando exprimuntur personæ absolvendæ, esse ait interpretationis strictæ. Illud tamen num. 7. notat, potestatem concedit absolvendi à reservatis in Jubilæis, & in Bulla Cruciatæ esse largè interpretandam, quia est data in bonum commune Fidelium, quod dici non potest (ait ipse) de licentia data

à Prælatis, quando saltem datur pro aliquo peculiari pœnitente. Utraque sententia videtur probabilis.

16. His breviter explicatis, jam patet responsio ad quæstionem in hoc titulo propo- fitam, Concessionem scilicet, de qua loquimur debeat interpretari largè, si detur non expressis personis absolvendis; si vero hæ persona exprimantur strictè, vel largè, juxta duas probabiles sententias, jam dictas.

17. Profectò utilis est hæc doctrina, sed quia in casu hoc de delegatione, ad absolu- da reservata, tota res pendet ab intentione concedentis potestatem, idèo à tenore concessionis, à forma petitionis (juxta quam Superior facultatem dare præsumitur), à verbis in contextu dicta Concessionis appositis, & similibus, qualitas, & quantitas licentie mensuranda est; quæ omnia maximè ex mox dicendis, præsertim §. 3. non parum explicabuntur.

Occasione eius, quod dictum est numero 6. querimus universaliter, an ignorans licentiam ipsi datum absolvendi à reservatis, validè ab solvant?

18. Figuremus casum in sequentem modum. Ego, sive, quia Bulla Cruciate fruor, sive, quia obtinui facultatem à Superiori, ut absolvat in casu reservato, per eum Confessarium, quem elegero, ipsum eligo, & sive doleo, sed ex ignorantia, illi non manifesto ejusmodi potestatem, ipse item, ex pari ignorantia, me bona fide absolvit, inquit, tumne directè absolvitus à prædicto casu reservato?

19. Respondeo, De hac quæstione interrogatus nudius tertius quidam Theologus, dixit, per se loquendo esse absolutum, addi- dirique hanc esse opinionem Suarri, e & Mc. Sua- rolla. f Ratio, (dicebat) est, quia effectus prædictæ licentie Superioris, vel Privilegii ne- ca. 25.8. quis impediti per ignorantiam Confessarii, 16. posita enim electione dicti Confessarii, Sum- f Morde- mus Pontifex, vel Superior censiter electo 10. 3. 10. Sacerdoti Jurisdictionem conferre. Dicit 6. c. a. 1. (per se) nam per accidens possit esse invali- 94. 10. da Confessio, si nimis pœnitens animad- verteret Confessarium ignorare suam Juris- dictionem, & tamen procedere ad Absolu- 100. nem,

CAPUT NONUM, §. SECUNDUS.

sem, tunc enim graviter Confessarius peccaret; & item paenitens, cooperando, unde hic non esset dispositus, ad Absolutionem recipiendam.

20. Verum hædoctrina mihi valde diffisilis est. Nam nemo acquirit Jurisdictionem ullam, sive contentiosam, sive voluntariam, nisi illam velit acquirere, seu, nisi illam accepteret: at hic Confessarius electus, cui non manifestatur, ipsum electum fuisse, nondum acceptavit Jurisdictionem: ergo, qua ratione juridicè absolvet? sine fac Episcopum, te elegisse, & approbatum in Confessarium: Si integrum, dum tu nullo modo notis ejusmodi electionem, bona fide absolveres aliquè à mortalibus, num valida directè esse Absolutio? non utique, si quidem tu nondum acceptasti Jurisdictionem, & fortasse nunquam acceptatus sis, quia v.g. non vis officium Confessarii exercere.

21. Confirmatur. Quarunt Sanch. aliique apud Castropalaum, a & Dianam b, & nos lo c.d.2.p. infra dicemus. c An, si licentiam, assistendi 13.5.11. Contractioni Matrimonii datam à Parocho 2.6. Sacerdos ignoret, validè assistat matrimonio? b Dian. p. & Respondent, invalidè assistere, quia eam 11. Tr. 3. licentiam, seu Jurisdictionem, nondum habet, donec accepteret, acceptare autem legitime 11. mfralib. mē nou potest, dum eam datam esse necit? 8.mair. Esto teneant, si eam per Nuntium petiisset, tr.6.dej. jūdicandum fore, jam acceptasse in acceptatione Nuntii, ut etiam nos modò diximus 5.5.n.7. num.10. Porro ex hac doctrina clare sequitur, idem esse dicendum in casu nostro: invalidam scilicet fore illam Absolutionem de reservatis, dum sepponimus Sacerdotem, nec per se, nec per suum Nuntium jurisdictionem acceptasse.

dSuar.l.c. e Delugo d/19.de p/17.adn. 17. fTanchr. in Conf. Mor. d/19. 2.q.10. g.P. Bardi iexpof. Pull.Or.p. Hanc nostram sententiam sequitur P. Tanchredi dicens, hanc esse probabiliter, significare fortasse volent oppositam esse

probabilem; quod tamen ego significare non possum.

23. P. Bardi gnostram eamdem sententiam tenet, in expositione Bullæ Cruciatæ, distinguuit tamen, assertens, quod dictum est, intelligi de jurisdictione, non autem de Approbatione, quæ etiam per Tridentinum requiritur in Confessario. Si quis enim haberet (ait) Jurisdictionem, eamque sibi inesse sciret, sed haberet dictam Approbationem Episcopi, quam tamen habere ne sciret, valide absolve-ret, quia Approbatio est mera testificatio idoneitatis Sacerdotis, cuius cognitio, vel acceptatio nullo jure requiritur ad validitatem actus, cum tamen requiratur cognitio, & acceptatio Jurisdictionis juxta illud juris privilegium, quod afferunt Bartolus, h Sanchez i h Bartol. aliqui Ignoranti non acquiritur, seu non prodest in l. Barb. Jurisdiction, quod dictum nou invenies de Ap. n.18. de probatione. Hanc disparitatem inter Jurisdictio-nem, & Approbationem impugnat P. i Sanch. Mendo k dicens, etiam Approbationem debe- l.3. matr. re esse Confessario notam; quia, etiam ipsa di.37.n.8. pertinet ad Jurisdictionem; Id quod certe te. k P. Men-nendum est, & omnino consulendum in pra-do allat. à xi. Bar.l. c.in 2.edicio-ne.

§. II.

An, per licentiam, concessam absolvendi à refer-vatis, validè ea peccata absoluuntur, qua-fuerunt commissa in confidentiam licentia concedenda?

1. R Epondeo, Absolvi. Ita Sanctarellus, l. Bosisius, m & passim. Ratio est; quia l. Sanctor. confidentialia non tollit potestatem, quæ da-d. Iubil. c. tur, sive à Jubilæo, sive a Bulla Cruciatæ, sive 8.du.10. à Prælatis. Excipe, nisi expresse contrarium in Bosis. de exprimatur in licentia; nam propterea, quia in Iubil. jett. Bulla Compositionis exprimitur, non conce- 1.casf.15. di beneficium Compositionis usurpanti bona incerta ex Confidentialia, seu Spes dictæ Compositionis; Ideo tunc Bulla rapienti di-cta incerta bona ex dicta Confidentialia non suffragabitur. Atque hinc dicitur Confirmationis nostræ Responsionis; Si enim, quando volunt Superiorites id negare, expresse negant, signum satis probabile est, quod si expresse non negent, concedant,

§. III. De

§. III.

De peccatis reservatis post licentiam absolutionis commissis.

1. **S**i pœnitens post impetratam licentiam, ut absolvatur à reservatis, nulla alia nova reservata committat, potest per illam licentiam absolvī, etiam post plures annos, etiam si mortuus sit, vel amotus ab officio Superiori, qui illam concessit, Quintanadu. a de pan. singul. 11. n. 9. b Delugo. de penit. disp. 20. n. 125. c Sanch. l. 8. mair. disp. 28. n. 85. d In f. lib. de mair. tr. 2. c. 5.
- a Quinta. de pen. singul. 11. n. 9. b Delugo. de penit. disp. 20. n. 125. c Sanch. l. 8. mair. disp. 28. n. 85. d In f. lib. de mair. tr. 2. c. 5.
- De Delugo l. c. 22. n. 120.*
1. **S**i pœnitens post licentiam impetratam, committat post licentiam impetratam, deber quæstio resolvi, perpenſa concedentis intentione, perpenſisque verbis Superioris, & modo concessionis.
2. At, si pœnitens nova peccata reservata committat post licentiam impetratam, deber quæstio resolvi, perpenſa concedentis intentione, perpenſisque verbis Superioris, & modo concessionis.
3. Omisſis autem aliis sententiis, fusé relatis à Delugo, è dico cum eodem, debet distingui duos modos, sub quibus dari solet hujusmodi licentia à Superioribus, de qua hic loquimur. Primo, quando, sive Confessario, ut absolvat, sive pœnitenti, ut absolvatur, datur licentia ad Absolutionem talis, vel talis peccati, & tunc aio, non extēdi eam concessionem ad commissi post datam licentiam. Manifesta est ratio: quia in hac forma concessionis se Superior restringit ad tale, vel tale peccatum.
4. Hinc Primo, si petas, sic. *Volo absolvī à quodam peccato reservato, vel Confessarius petat: Volo absolvērē quemdam à peccato reservato, & annuat Superior, nou poteris absolvī, vel absolvēre à peccato reservato commissi post dictam concessionem, neque à commissi post tuam petitionem, seu postquam mandasti Confessario, ut eam licentiam peteret.* Ratio est, quia concessio intelligitur facta juxta petitionem; petatio autem, & mandatum fuerunt de tali quodam peccato.
5. Hinc secundo, quando ejusmodi licen-

tia conceduntur per sacram Pœnitentiariam, & petitio fuit facta pro aliquibus peccatis, concessio autem fiat cum illa clausula, *Super præmissis, seu à præmissis, non conceditur licentia absolvendi à peccatis reservatis commissis post licentiam impetratam, vel postulatam, quia haec non fuerunt Pontifici enarrata, ipse autem concedit super præmissis, id est, super enarratis, Neque obstat, quod, ex vi Bullæ Cruciatæ, possint absolvī peccata reservata commissa, etiam post sumptuam Bullam, quamvis commissa ex ejusdem Bullæ confidentia, ut modo §. 2. statuimus, non obstat, inquam, quia, in hac potestate absolvendi à reservatis, nullam restrictionem Bullæ tenor apponit, apponit in nostro caſu.*

6. Sed accedamus jam ad secundum modum. Quando enim licentia sine mentione implicita, vel explicita talis peccati concessa est, sive pœnitenti, ut absolvatur, sive Confessario, ut absolvat, etiam si addatur (pro hac vice) videtur posse ille absolvī, & hic absolve-re à reservatis commissis post ejusmodi licentia concessionem, immo, & post ejusmodi concessionis acceptionem, dummodo peccatum reservatum iteratum fuerit ante collatam absolutionem. Ratio potest esse, quia, haec formula concessionis non se arctat ad folia commissa, tensus enim est, una vice, illum à reservatis absolvias? At jam ille sic, una vice, absolvitur. Unus tamen scopolus est hic maximè declinandus, scil. ne in longum tempus differatur Confessio, de qua in mox num. 10. Dixi autem (videtur) nam praxis hujus doctrinæ semper mihi scrupulosa visa est.

7. Hinc prudenter legerat Confessarius petens à Superiori, vel à pœnitentario ejusmodi licentias, & ne illas postulet eo modo, quo dictum est n. 4. & 5. immo, neque hoc modo dicto num. 6. ne scilicet scrupulis subjeat concessio, sed pro omnibus commissis reservatis, quæ tempore Confessionis invenerit.

8. Dices. Ex hac posteriore parte sequuntur duo absurdā. Alterum, dari ansam huic pœnitenti, ut committat ante absolutionem alia reservata, quia jam est securus de eorum omnium absolutione. Alterum; posse differe diu Confessionem, & interim multa reservata eadem spe confidenter admittere.

9. Re-

9. Respondeo, ad Primum, id per accidens esse. Et sane sicuti simile quid potest occurrere accipienti Bullam Cruciatæ, vel aliud Jubileum, & tamen id non judicatur absurdum, quia judicatur majus bonum, quod subditus liberetur à suis peccatis, & non abeat in dispersionem, quam quod permisso hæc sit occasio per accidens peccandi. Ita in casu nostro, &c.

10. Ad secundum dico. Cum illa verba sub tempore præsenti dicta (*Do licentiam pro hac vice*) sint accipienda morali modo, semper per illa intelligitur decerni tempus competens, & rationabile ad ejusmodi absolutionem impetrarendam, nō verò quodcumque: unde, quia tota hæc res dependet, ut dixi, ab intentione concedentis illud (*Do tibi licentiam pro hac vice*) moraliter acceptum, & juxta mentem rationabilem dantis intellectum, viderunt significare dari licentiam pro quoque etiam longissimo tempore, si nova reservata non admittas; quia ex una parte, ut dictum est n. 1, est gratia facta, & ex alia non est ratio, unde dici possit, gratiam illam tuisse in hoc casu coarctatam ad tempus: at verò si nova admittas, intelligendum est, dari licentiam pro tempore præsenti, vel qui præsenti, prudentis iudicio, omnibus circumstantiis expensis, & quipollat, quia, sic præsumitur esse rationabilis voluntas licentiam ejusmodi concedentis, ut dictum est.

11. An pètens à Superiori licentiam, ut absolvat à reservato, intelligatur, posse etiam ipse petens absolvī? Negativè respondet pro nostris ex Societ. Delugo, & pro aliis, expendi debere usum Religionis, &c. Lege ipsum.

a Delugo
de pen.
diff. 2. o.
num. 119.

§. IV.

An peccata obliterata in Confessione valida, remaneant reservata?

1. **T**itus, tribus v. g. peccatis reservatis infectus, confiteretur sine fraude duo, oblitus nimis unius, absolutionemque à parente absolvere reservata, recipit: Inquito, An hoc unum remaneat reservatum, ita ut Titius pro illius, absolutione configere debeat ad Superiorum, seu potentem absolvere reservata, an satis sit eam petere à quocumque communi Confessario?

b Suar. de
pan. diff.
31. 6. 4. à
num. 12.

2. Triplex est sententia, Prima Suarii, b Tamburinus de Sacramentis.

docentes reservationem ejusmodi casus obli-
ti cessare, non quidem semper, sed solum,
quando pœnitens accedit ad Superiorum
modo quodam extraordinario, hoc est, in
ea circumstantia, in qua appareat exprestè,
vel tacitè peti ab ipso absolutionem reser-
vatorum, ut si subditus tempore Jubilæi ac-
cedat ad deponenda peccata apud Superio-
rem; non autem cessare, quando accedit ad
eundem, more ordinario, pro Confessioni-
bus quotidianis; & solutis. Ratio est, inquit,
quia in posteriore hoc modo nulla implicita
voluntas est tollendi reservationem; adest
verò, saltem tacitè, in priore; siquidem tunc
Superior vult, ut pœnitens fruatur omni pri-
vilegio Jubilæi.

3. Secunda, est Vazquez c docentis, cessa- c Vazq. de
re quidem reservationem prædictam, quando pœn. ad q.
pœnitenti concessa est facultas eligendi Con- 91. art. 3.
fessarium, per quem possit à reservatis absol- sub. 5.
vi, perinde, ac accidit, quando pœnitens su-
scipit Bullam Cruciatæ, vel Jubilæum, non
verò, quando ipse pœnitens recurrit ad Su-
prietorem, ut apud ipsum Confessionem exhibeat. Ratio est, inquit, quia, in priori casu
prælumitur Superior per Bullam, vel Privile-
giū concedere, quantum potest, atque
adeo, præsumitur tollere reservationem ca-
sus quamvis oblii: at in posteriore non præ-
sumitur, quia illud peccatum oblitum non
venit in iudicium nec pro illo pœnitens acci-
pit à Superiori remedia sui peccati, qui vide-
tur finis reservationis, & ex alia parte tunc
Superior non exercet suam potestatem tol-
lendi reservationem.

4. Tertia sententia est Joannis Delugo d d Delugo
Castrop. & aliorumque plurium, dicentium, dif. 2 o. sec.
semper tolli reservationem, modo bona fide, 7. de pœn.
ut dictum est, illud peccatum sine culpa ra- n. 85. &
ceatur: Sicuti per seculum, immo, etiam, per deinceps.
Suarium, & Vazquez, tollitur Censura, seu c Castrop.
excommunicatio reservata ab eo, qui, illa in- depen. qu-
culpabiliter oblitus, absolvitur à Superiori 15. 8. 6. n. 3
legitimo per absolutionem à Censuris gene- quibus ad-
ralem. Ratio hujus tertiae sententiae est, quia de plure/que
posito, quod, is, qui tunc absolvit, habeat ap. Avers.
potestatem absolvendi à reservatis, præsumi- q. 17. de
tur velle absolvere, seu remittere, quantum pœn. sec. 8.
potest, & quantum item potest prodesse pœ- Cap. Bosi
nitenti. Cum ergo poslit reservationem tolle- de Iubile
re, non est, cur non tollat. sec. 1. ca-

5. Dico (Quantum potest) nam, ut modo sū 2. 9.

R dixi-

diximus, remanet in hoc poenitente obligatio confitenti directe apud legitimum ordinarium Confessarium hoc peccatum, sicut alia peccata mortalia non reservata, & nondum confessa; haec enim obligatio, cum sit a Christo Domino inducta, non potest tolli ab illo, qui solum, absolvit illud peccatum indirecte, & Superior nunc, solum, abstulit reservationem, quam auferre poterat, non verò directe absolvit peccatum, quod sibi non fuit expositum. Hac sententia ceteris videatur probabilius, atque ex ejus ratione facilem fundamentis duarum precedentium responderi potest.

6. Inquires. Cuinam Confessario est deinde aperiendum ejusmodi peccatum oblitum? certum enim est, ut diximus, debere subdielavibus, ut directe absolvatur. Respondeo. Non necessario opus erit illud aperire Superiori, vel ejus Delegato potenti absolvere a reservatis; quia jam reservatio est ablata, ut dictum est: sed satis erit, si subdatur Confessario communi approbato, valenti absolvere a mortalibus, nam non sufficit, si subdatur Sacerdoti simplici, hic enim non habet potestatem absolvendi directe mortalia, sed solùm a Delugo. *l.* venialia, ut expresse docet Delugo *a cum e.n. 88.* *S*uario, & Valquez, & nos idem judicavimus *b Cess.lib.* in Methodo *b* Confessionis.

2.c.10. §.3

num.Met.

Con.55. fi-

pe.

s. V.

An enarrata in Confessione invalida remaneant, reservata. Quid de oblitis in eadem?

1. Dico Primo. Si Confessio fuit invalida, quia dolosè tacuisti, vel peccatum aliquod reservatum, vel aliquod mortale, non reservatum, non cessabit ejus reservatio, ut docet ibidem Delugo *e* quidquid benignius, videatur Concedere Castropal. *d* Ratio est, quia *d Castrop.* præsumi, nec debet, nec potest, Superiorum *de pon p.* velle tollere reservationem ab eo, qui sic fraudulenter se gerit.

2. Dico secundo, cum codem *num. 102.* Si Confessio fuit invalida ob alia capira, ob defectum v.g. doloris, seu propositi, valde probabile est, tolli reservationem illorum peccatorum, quæ confessus es apud potentem absolvie a reservatis. Ratio est, quia licet ab illorum reatu absolutus non fueris propter

Confessionem invalidam, tamen jam te Superiori præsentasti, ab eo poenitentiam, & medicinam de ejusmodi reservatis recepturus, ergo non est, cur reservatio auferenda non sit. Norat verò ibidem recte ex Vałq. Delugo, te debere observare, quæ opposita tibi fuere in illa Confessione, quamvis invalida, quia sub onere illa præstandi, videtur Superior eam reservationem abculisse.

3. Atque id verum est, etiam quando ejusmodi Confessio facta invalidè fuit apud Delegatum, v. gr. apud Confessarium electum per Bullam Cruciatæ, vel apud Confessarium a Prælato tibi concellum, ad Absolutionem peccati tui reservari. Nam licet ii Delegati non habeant potestatem absolvendi, nisi in Sacramento Poenitentia, quod in hoc casu supponitur invalidum, tamen ex usu, & benignitate Ecclesie, ipse Superior intelligitur tollere reservationem illam, quoties paenitens se præsentat Delegato legitime constituto ab eodem Superiore, Ita Trullench. *e* aliisque.

4. Si in Jubilao simile quid occurrat, ex *de Bul.* alio capite potest evenire, ut in casu, de quo *Cr. I. 13.* loquimur, non tollatur reservatio, quia ni- *c. 2. adh.* mirum ex vera sententia in Jubilao requiri- *Castrop.* tur Confessio valida, saltē, quando quis paenitentia peccatis mortalibus aggravatur: Si ergo Confessio tunc est invalida, tu non lucraberis Ju- *§. 6.m. 7.* bilæum, & consequenter, nec Jubilai beneficis, (inter quæ est ablatio reservationis,) *20. se. 7.* frui poteris.

5. Comitolus, *f& Henr.* g tolli etiam *Dian. 1.* in Jubilao, predictam reservationem pu- *tr. II. 8. 8.* tant, quibus non assentior, quia etiam, si *G. p. 1. 1.* probable sit, Confessionem non requiri ad *addit. 1.* Jubilæum acquirendum, in eo, qui non ha- *10.* bet mortalia, at in eo, qui iis laborat, requiri *f Comit.* omnino, nec sufficere contritionem, puto *L. in ref.* cum Delugo. *h*

6. Dico tertio. Difficile mihi est, decerne- *1. 9. 3. 0.* re, an etiam reservatio peccati bona fide obli- *g Hem. 1.* ti, atque adeò quod quis non confessus est, *c. 11. 8. 7.* tollatur in his Confessionibus invalidis ex h. Delugo proxime dictis capitibus. Nam, ex una parte, *de pon.* is non accepit Poenitentiam, vel remedia à *diff. 27.* potente illum absolvere, ut fuit in casu *nu. 2.* *n. 103.* quia non enarravit illud peccatum reservatum, cuius per inadvertentiam oblitus est, ergo non poterit gaudere benignitate dicta n. 2. At, ex alia parte, ipse jam se præsentavit Superiori, vel ejus Delegato, paratus illum pecca- *tum*

CAPUT NONUM §. V. VI ET VII.

138

tum enarrare, si oblitus non fuisset; ergo non videtur privandus dicta benignitate Ecclesiae, a Delugo de penit. dñp. 20. num 106. qua reservatio peccatorum oblitorum tollatur, &c ita tenet Delugo. a Verum ego hæc, quia esse paratum, non videtur esse ad hoc sufficiens. Decernant sapientes.

§. VI.

An cùm quis absolvitur, remaneat absulus ab excommunicationibus oblitus.

1. Hactenus egimus de peccatis oblitis, nunc breviter de oblitis excommunicationibus dicamus: An scilicet, quando Confessor præmittit Absolutionem à Censura per illa, vel similia verba, *Absolvo te ab omni excommunicatione, in quantum possum*, & indegenes, subiungitque Absolutionem à peccatis, an, inquam, per predictam Absolutionem delectatus excommunicatio, qua pœnitens erat irretitus, sed ejus immemor, Confessario nequaquam aperuit.

b Lib. 2. Respondeo, ut alibi b dixi, posito, quod Mith. Cof. Confessarius habuerit potestatem, seu Jurisca. 14. §. 3. dictionem ad ejusmodi excommunicationem auferendam, deleri; unde postea pœnitens illius recordatus, illius Absolutione non indigebit. Ratio est, quia Confessor semper habet; habereque debet intentionem simpli- citer absolutam absolvendi, quantum licet potest; servandiisque partes omnes officii sui, quas non servaret, si absolvere intenderet à peccatis, & non à Censuris. Id quod propter eamdem rationem est verum, non solum in Confessario ordinario, sed etiam in Delegato, ut notat Coninck. c

dif. 8. de Si Confessarius caret jurisdictione ad absolu- pan. dñ. 12. solvendam eam excommunicationem obli- num. 9. 4. tam, illam non deleri, nimis est manifestum. Castrop. de Quare, quando ea in mentem revocabitur, pñ. p. 15. legitimo Superiore indigebit.

2. Dixi (quantum licet potest) quare, si in privilegio, seu in Jubilæo esset forma, non posset licet quis absolvit, nisi aliqua conditione adimpta v. gr. nisi satisfacta parte, non censemur Confessor per illud. *Absolvo te ab omni excommunicatione, absolvere*, si parti minime fit satisfactum, ut rectè notat Delugo. d Rati- o 16. sec. 15. n. 625. habet, habereque præsumitur intentionem

absolvendi quos, & quantum validè, & lice- tè potest.

3. Petes, si Confessor absolvere potens, absolvat à peccatis, dicendo *Absolvo te à peccatis tuis*, nulla præmissa formula Absolutionis à Censura, ut usu venire solet in brevibus Confessionibus, & non raro in articulo mortis, remanebitne ignarus suæ Censuræ, immo, & conscientius, si tamen propter imminentem mortem loqui non potest, remanebitne; inquam, absulus ab illa, quam is Confessarius potest absolvere?

5. Respondeo, Remansurum, ut docet Suarez. e Ratio est, quia in illo, *Absolvo te à pec- catis*, involuitur Absolutio à quocumque, vinculo nato ex peccatis, atque adeò à Censuris: 10. sc. 3. cum igitur ejusmodi Confessior supponatur, n. 9. velle licet fungi suo munere, supponetur etiam ab eo Censuræ vinculo Penitentem absolvere; multoque magis id erit in articulo mortis. Si tunc expresse absolvens intendat per illa verba sola, *Absolvo te à peccatis*, absolvere etiam à Censuris. Ad majorem autem certitudinem, sic absolvat, *Absolvo te omnibus Censuris, & à peccatis*, quia certum est, illud, *Ego te absolvio*, sufficere ad Absolutionem peccatorum, quod non est ita certum, licet sit probabilissimum, sufficere etiam ad Absolutionem Censurarum.

§. VII.

Casus reservatos, qua ratione possit quis fateri Superiori, vel Inferiori Delegato.

1. Quandoquidem plures firmatum jam est supra posse Superiori, vel inmediate per se, vel per suum Delegatum casus reservatos absolvere, queret aliquid, an, qui habet casus reservatos, possit hos solos fateri Superiori potestatem habendi illos absolvendi, & ab ipso absolvit, accepit cæteris remitti ad inferiorem, vel contra fateri solos non reservatos inferiori, qui absolvat, remittatque pro cæteris reservatis ad Superiori.

2. Dico f absolvit id fieri non posse. f v. id. Ratio est, quia esset dimidiare Confessionem dixi lib. 2. sine necessitate. Quare in hisce eventibus, Mith. Cof. vel Superior audiat omnia, & absolvat, vel c. 10. §. 1. audiens reservata, extra Confessionem, tol lat reservationem, seu mittat ad inferio-

R 2

rem,

rem, cui conferat potestatem absolvendi à reservatis. Si vero sit inferior; mittat pœnitentem ad Superiorē, vel ipse aeat, impetratque potestatem; & demum ritè absolvat. Ita Coninck. a Præpositus, b aliisque paſſim; quidquid dicat Cajetanus, c qui ait, contraria est Romanæ Curie consuetudinem, in qua discutienda, inquit, non oportet nisi iūm sapere, quidquid inquam, dicat. Nam consuetudo illa ſolum eft, quoad tollendas Censuras, & reservationem, non vero, quoad abſolvendum sacramentaliter.

a Coninck
dip. 8. de
pon. dub.
13. n. 100.
b Præp. de
Confef. q.
1. dub. 9.
c Cajetan.
in ſumma
V Confef.
10. 10.

3. Dixi autem (absolute) nam, si aliqua neceſſitas urgeret, poſſet, ut si v. gr. pœnitens non poſſet adire inferiorem, ſed ſolum Superiorē, qui tamen Superior propter aliquod grave impedimentum, v. g. articulum mortis, non poſſet omnia peccata audire, &c.

C A P U T X.

Agimus de Absolutione refervatorum
Jure Delegationis in parti-
culari.

1. **H**is in universum explicatis, expoſit ordo, & facultas doctrinæ, ut de Delegationibus in particuliari diſſeramus.

Et quidem, si refervans, ſeu Superior concedat facultatem alicui v. g. Confefſario ad abſolvendum hunc peculiarem pœnitentem, ſeu excommunicatum, dicitur is Confefſarius habere specialem delegationem. Huic reduceat libet facultatem, concedi ſolitam à Pontifice in Jubilæis ſecundum varios, modò amplos, modò limitatos eorum tenores. Si vero prædictus Superior det facultatem generalē, circa caſus, vel excommunicationes refervatas, dicitur is Confefſarius habere delegationem universalem.

2. Porro de ſpeciali Delegatione certa regula dari non poſteſt, niſi ea, ut ſerventur illa, quæ talis delegationis tenor præſcribit. At generalē Delegations, de quibus certa dāni doctrina poſteſt, quatuor hodie inveniuntur.

Prima, in Tridentino, quod concedit Epifcopis poſteſtatem abſolvendi omnes caſus occultos.

Secunda, In privilegiis, confeſſis à Pontifice Regularibus.

Tertia, In eodem Tridentino, quod conſirnat conſuetudinem Eccleſiae, qua quilibet Sacerdos in caſu articuli mortis, modo jam jam explicando, abſolvit ab omnibus caſibus, & excommunicationibus.

Quarta, In Buſta Cruciatæ.

De his igitur noſtrum erit hic breviter diſſerere: In hoc capite de prima dicam; deinde, in ſuis diſtinctis capitibus, de ceteris.

§. Unicus.

De Delegatione confeſſa Epifcopis à Tridentino circa caſus, excommunicationes que reſervatas, & occultas.

1. **T**RIDENTINI d verba ſunt hujusmodi. Liceat Epifcopis, &c. in quibuscumque caſibus occulis, etiam Sedi Apoſtolicæ refervatis reform. delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos, in Dieceſis ſua, per ſeipſos, aut Vicarium, ad id ſpecialiter deputandum in foro Conſcientia gratia abſolvere, imposta pœnitentia ſalutari. Idem, & in hereticeſis criminis, in eodem foro Conſcientia, eis tantum, non eorum Vicariis fit permifſum.

Hactenus Tridentinum: in cujus verbiſ aliiquid ſpecialiter, & Singillatim adnote-
mus.

EPISCOPI.

2. Niſi illi, ſive Epifcopi, ſive Archiepifcopi (arque hi etiam ante uſum Pallii) qui habent ſubditos (non vero mere Titulares.) Conſirnati item, etiam ante Conſecrationem, (ſed qui poſſeffionem habeant C. Inſtituti Epifcopatus, ſeu Archiepifcopatus, ut Ha de illa ex c. & Injunctione, notat universaliter Azor, f.) inter- hic comprehenduntur, quia haec poſteſtas abſolvendi, de qua loquimur, eft Jurisdictionis, F. Azor, f. non Conſecrationis. Lege Meroll. g & Trax- pos. h

3. Plures Doctores affiſmant, venire hic omnes habentes Jurisdictionem, quaſi Epifcopalem, etiam ſi careant territorio, & quales ſunt Superiores Conventuales in Ordine ad fuos Religiosos. Sed de hac re vide paulo h. Præp. post c. II. §. I. num. II.

IN 81.